Ill.mus Dominus Comes Regens D.n Gabriel Verrus Reg.us
Ducalis Senator, et Conservator Fluminis Olonæ &
sic instantibus Regio Ducali Fisco, et Nobilibus Do=
minis Syndicis ejusdem Fluminis tenore præsentium
præcipiendo mandat Rev.do Domino D.n Hieronymo
Ottolino Fictabili Bonorum Abbatiæ S.tæ Catharinæ in
Territ.o Legnani Plebis Olgiati Olonæ, quatenus
termino tridui proximè futuri post & denuo per=
hemptoriè, et in fine compareat coram præfato Ill.mo
Domino Comite Regente Senatore Conservatore
ad videndum per eum denuo perhemptoriè, et in
fine omnem, et quamlibet Ordinationem, et condem
nationem fieri etiam in expensis causa, et occasione
de qua in denuntiatione contra ipsum Rev.dum Do=
minum Ottolinum porrecta, ac poenes subsignatum
Cancellarium Provincialem existente, et successivo
Præcepto, ac perhemtoria Citatione respectivarum die=
rum primæ nuperi Junii, et duodecima sequentis Au=
gusti eidem Rev.do Domino Ottolino intimatis, non ob=
stantibus quibuscumque in contrarium deductis in
ejus supplici Libello, de quo in Actis, et circà prædicta
ad videndum fieri omnia alia &, aliter &, et ubi
prædicta in dicto termino non fierint, iterum compa=
reat perhemptoriè ut supra, coram ut supra succes=
sivis singulis diebus juridicis immediatè sequentibus
in tertiis, et in vesperis donec & ad videndum dictum
Ordinationem, ut supra fieri; et de hujus intimatione
relationi cujuslibet publici Nuntij, et Servitoris ple=

plena dabitur fides &c
Datt. Medtani pevhemptone et ut supra die tertia 9b.
Signat Verrius Conservat
omnino expediturus

Stomasinus Cancell.